



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Aphorismi Confessoriorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Prædicare.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

maius obligat. *Adrian. quod. 1. art. 2. Val. t. 3. d. 3. q. 18. p. 4. col. 5. communi Nau.*

*Prædicare, vide Ordo, Prelatus.*

1 **P**raedicare non est actus Ordinis sacri, nec Officium diuinum prohibitum interdito, aut suspensione à diuinis.

\* *c. Responso, de sentent. excom. Nau. c. 27. num. 176. vide Sot. d. 1. q. 5. art. 6. col. 8. Caiet. 2. 2. q. 187.*

*art. 1. quare excommunicati possunt audire concionem, & lectionem sacram; possunt etiam legere sacras lectiones; quod Sot. tamen notorijs clericorum percussoribus, & denunciatis non concedit. dif. 22. q. 5. art. 4. col. 8.*

2 Praedicans in statu peccati mortalis non peccat mortaliter, si absit scandalum.

\* *Sot. d. 1. q. 5. art. 6. col. 6. Caiet. vers. Praedicatorum peccata corrigens quod dixerat 2. 2. qu. 187. art. 1.*

*contrarium placet Nauar. cap. 25. nu. 141. Certè si incontritus abutatur concione, tanquam declamatione, peccabit mortiferè; non autè, si ex imbecillitate, indignus vellet esse dignus. Caiet. l. c. & Fum.*

3 Praedicandi licentiam potest dare Parochus in sua Parochia approbatus ab Ordinario. *Legge Conc. Trid. sess. 5. c. 2. & sess. 24. c. 4. de refor. Nau. c. 25. nu. 141. \* V. Nauar. l. c.*

4 Mortale quidam censent prædicare sine legitima licentia: certum verò est, mortale esse si quis prædicet valdè inutilia, aut scienter

ter falsa in fidei doctrina, vel morum, vel miraculis, aut vita Sanctorum, aut detrahendo ferè nominatim Prælati Ecclesiæ; non esse autem si quis ob gloriam, aut pecuniam principaliter prædicet, aiunt nonnulli.

\* Mortale } *Caiet. l. c. vers. Prædicatorū peccata.*  
Scienter falsa } *Caiet. 2. 2. q. 110. art. 4. & l. c.*

*Nau. c. 18. nu. 4. 5.*

Miraculis } *Nau. c. 25. nu. 142.*

Detrahendo } *Nau. l. c.*

Ob gloriam } si gloria, aut lucrum sit ultimus finis, m. p. est, *Fum. l. c. num. 5.*

5 Nullus Episcopo contradicente prædicare præsumat. *Et Conc. Trid. Excepit Pius V. Mendicantes in sua Ecclesia prædicantes, nisi Episcopus vellet prædicare.*

\* *Trid. } sess. 5. c. 2. sess. 24. c. 4. c. de reform.*

Addit. } Laici concionandi munus exercentes excommunicati sunt, *ex 6. Synodo generali c. 64. vide Val. tom. 3. d. 10. c. 1. p. 3. assert. 4.*

Fabellam recitare, vt auditores excitentur ad pie audiendum non est peccatum. *Nau. cap. 25. numer. 142.*

Pro concione de precio pacisci simonia est. *Sor. lib. 9. q. 5. art. 1. col. 6.*

6 Non potest Episcopus sine causa rationabili suspendere à prædicatione. *Ex Cong. Conci.*

7 Mendicantes semel examinati in vna Diocesi ad prædicandum, non possunt in ea amplius examinari: quod si sint graduati in

Theologia, aut Lectores, non egent examine  
Episcopi. *Pius V.*

3 Mendicantes possunt prædicare etiam cū  
prædicatur in Cathedra. *Idem.*

*Prælatus, vide Ecclesia, Electio, Episcopus, Obedientia.*

1 **P**Rælatus dicitur, qui Ecclesiæ Collegi-  
atæ seculari, vel regulari præficatur. Ita-  
que Priores, & Guardiani sunt Prælati, & in-  
dignitate. *Vide gl. c. 28. de elect. lib. 6.*

\* *Vide Syl. V. Prælati. nu. 1. Fum. 16.*

2 Prælati propriè non dicitur esse de Capi-  
tulo, vel Conuentu.

3 Non potest Prælati tempore pestis popu-  
lum deserere.

\* *Nec tempore hæresis Bannes 2. 2. q. 33. art. 3. dub. 4.*

4 Gesta per Prælatū toleratum valida sunt,  
etiāsi iure titulum amisisset.

5 Prælati excedens in subditi correctione,  
non tenetur ab eo veniam petere.

\* *Fum. 3. Syl. 6. l. c.*

6 Prælati bona sunt tacitè hypothecata pro  
mala Ecclesiæ administratione.

*Syl. vers. Dos. q. 12. num. 14. Gloss. cap. ex litteris, de pign.*

#### PRAESCRIPTIO.

1 **P**Ræscriptio dicitur immobiliū. Vsfuca-  
pio mobiliū. Fit autem vsucapio tri-  
enio,